

denominatum dominum exarchum Inter-
ueniat ut ualeant hi qui missi sunt xpo
comite cum effectu ad nos repedare. &
de prosperis nuntiis apostolica xpi ecclesia
omniumq; nostrum animus magnanimi
ter releuari. PRECEPTUM DE CONCE
DENDO MONASTERIO
Conuenit apostolico moderamini pia
religione pollentibus beniuola com
passione succurrere & poscentium
animis alacri deuotione Impertire
assensum ex hoc enim lucri potissimum
premium a conditore omnium deo pro
cul dubio promeremur dum uenerabi
lia loca oportune ordinata ad melio
rem fuerint sine dubio statum perducta.
Igitur quia petisti a nobis. quatenus mo
nasterium sci ill positum In loco ill iu
ris scae romane cui deo auctore deser
uimus ecclesiae tibi ad regendum atq;

4.

cum dei timore dispensandum eius sapre
ceptione concedere deberemus. Inclinati
precibus tuis per huius precepti seriem
suprascriptum monasterium In integro
cum omnibus ei pertinentibus a presenti
ill Indictione & donec deo iubente adui
xeris; tibi concedimus ut cum dei timore
regendum atq; dispensandum. Eadum
taxat ratione ut seruos dei monachus
qui in eodem monasterio sunt uel quos
agregare potueris sub castitate & mo
destia sub regulari atq; monastica
disciplina ut pater familias moneas
& gubernes. Ita ut cottidianis diebus
ac noctibus iugiter deo laudes canere
debeant. & ut luminariorum concin
nationem atq; restaurationem omn..
sine mora procures. Loca & iam mo
nasterii urbana uel rustica si forsitan
ab aliquibus ablata uel peruasa cognoue
ris